

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7849

Auteur(s) : Thomas de Presles, chevalier, Colomby (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1254

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Thomas de Presles, chevalier, seigneur de Columby, confirme à l'abbaye de la Trappe toutes les acquisitions qu'elle a faites de feu Thomas d'Anguerny et feu Henri son fils et de Guillaume Belet, bourgeois de Caen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, E. « De Cadumo et Normannia », n° XXXVIII (« Carta Domini de Columbeio »), p. 176-177.

Texte établi d'après a

Ego Thomas de Pratariis, miles, dominus de Columbeio, notum facio universis, presentibus et futuris, quod ego concessi et confirmavi viris religiosis abbati et conventui Domus Dei de Trappa, cisterciensis ordinis, omnia que ipsi habent in feodo meo et hominum meorum per elemosinam et per emptionem, videlicet ex dono defunctorum Thome de Agerneio atque Henrici filii ejus, militum: duas garbas decime feodi sui de Agerneio et quinque virgatas terre in via de Plumecoc, inter terram Botellier et terram Hervei Manant, et unam virgatum et dimidiam in Monte Famille, et duas petias terre, quarum una sita est in via de Matone inter terram Roberti filii Thome et terram Raginaldi filii Osere, et altera apud Druefosse juxta terram Hamelini Le Bohort, tenendas et habendas predictas decimam et petias terre antedictis religiosis et quibuscumque voluerint, ab omnibus rebus ad me et heredes meos pertinentibus libere, pacifice penitus et quiete ; ita quod nec ego nec heredes mei possumus in eis aliquid de cetero reclamare. Preterea concessi eisdem religiosis duas petias terre, quarum una [sita est] apud Columbeium inter terram Henrici de Logis et terram Thome Silvestris, et altera sita est apud Magnas Terras inter terram Henrici Le Botellier et terram filii Salle. Quas petias terre dedit predictis religiosis et penitus quitavit Guillelmus Belet, burgensis Cadomi, cum omni jure quod habebat in eis, pro excambio XLta solidorum turonensium annui redditus et perpetui quos debebat eis super domo sua Cadomi de mercato et quos ipsis vendiderat Eustachius de Agerneio, miles, ut in eisdem duabus petiis terre et eis... habeant et teneant et in perpetuum possideant totum jus, dominium et districtum quem habebat et habere poterat idem Guillelmus et heredes ejus in eis et ex ipsis, ab omnibus ad me et ad heredes meos pertinentibus libere penitus et quiete. Et ut hec mea concessio et confirmatio in perpetuum firma sit et stabilis, ego sigilli mei munimine roboravi presens scriptum. Actum anno Domini M° CC° L° III°.